



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatvs De Regimine Ecclesiae Episcopalis In Octo
Libros Distribvtvs**

Antonelli, Giovanni Carlo

Velitris, 1650

Svmmarivm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11401

nalibus Henr. lib. 2. q. 29. l. 6. r. &
lib. 14. cap. 6. §. 1. Si ac de Censur.
disp. 11. sect. 3. num. 22. & alijs quos
refert, & sequitur Bonac. de cen-
sur. disp. 7. q. 3. pun. 6. num. 1. Dian.
loc. cit.

5 Quæres 2: An Episcopus possit
dispensare in huiusmodi irregu-
laritate cum Clerico, qui non or-
dinatus solemniter baptizavit, aut
missam celebravit?

Resp. quod potest dispensare,
ut ministret in suscepis, non au-
tem ut ascendat ad superiores or-
dines; nisi delictum sit occultum,
tunc enim etiam quoad vtero-
res ordines dispensare potest, ita
Petrus Corneio in 3. par. D. I. hom.
tract. 5. de Irregular. disp. 7. dub. 2.
quest. 2. quem refert Dian. loc. cit.
d. ref. 77. vers. verum.

S V M M A R I V M .

1 Quando in causis ciuilibus, &
criminalibus possit clericus testi-
monium ferre.

2 An possit clericus per suum supe-
riorem compelli ad ferendum
testimonium in causa sanguini-

3 Quando ad euitandam irregula-
ritatem proposita protestatio, quod
ad penam sanguinis non inten-
dit.

4 Quando testis tenetur iure natu-
rae se se offerre ad testandum,
potest clericus testimonium fer-
re præmissa dicta protestatio-

C A P . IX.

An, & quando Clerici possint
in Curia sœculari testi-
monium ferre.

Dico 1. quod in causis ci-
vilibus, & criminalibus
ad defensionem rei, vel
etiam contra ipsum reum in ijs
causis criminalibus, vbi non ve-
nit imponenda pena sanguinis,
sed agitur ciuiliter ad penam
carcerationis, & similes, potest
Clericus in foro sœculari cum li-
centia Episcopi examinari Ricc.
in Collect. dec. 597. par. 3. idem de
Regulari dicit Lezan. in sum. q. 1.
reg. to. 1. cap. 11. num. 24. nullamq.
incurrit irregularitatem ferent
testimonium in favorem rei, si ob
id sequatur mors Accusatoris:
quia ipsius dictum per se, & ex
natura sua ordinatur ad manife-
standam rei innocentiam, & ad
illius defensionem: Vnde mors
accusatoris respectu testis cense-
tur sequi per accidens ex ipsius
testificatione: ad incurram autem
irregularitatem opus est, ut
adsit causa proxima ad mortem,
vel factum ex sui natura sit ad illam
directum, ita Sayr. de Cens.
lib. 6. cap. 18. num. 11. Smar. disp. 47.
sect. 4. num. 9. Filliuc. to. 1. tract. 19.
c. 9. nu. 257. Vgolin. de Irregular. c. 7.
n. 7. quos refert, & sequitur Dian.
par. 4. tr. 2. ref. 96. quibus addit Bonac. de Censur. disp. 7. q. 4. pun. 3.
num. 4.

2 Dico 2. quod sicut Clericus,
vel Monachus nequit testimoniū
ferre